ARTIFICIUM

Inveſtigandarum Radicum Hebraicarum in uſum Collegii Hebraici Ac 1672. xx. Octobr. breviſſimis præceptis comprehenſum, exempliſque illuſtratum.

A

CNEJO CORNELIO UYTHAGE,
S. S. T. D.

LUGD. BATAV.
Apud PETRUM DE GRAAF,
M DC LXXXII.

Optimè dixit ille quicunque fuerit: *Omnia ad ſuam originem revocentur, neceſſe eſt*; quod ſi alias unquàm, quam maxumè certè in Hebræorum lingua, omnium aliarum matrice, veritatem ſuam ſortitur. Nam cum hæc lingua cæterarum ſit ſcaturigo & limpidiſſimus fons, è quo aliæ Orientales omnes non ſecus ac rivuli promanant atque ſcaturiunt, dici vix poteſt, quanta ſit illa res, quâ ad fontes ipſos cauſaſque, veluti ſcalis aſcendimus, earum virtutes, vireſque cognoſcimus, *haurimus aquam vitæ è fontibus ſalutis Jeſ. 12. v. 13. & in Eccleſiis benedicimus Deo Domino de fontibus Iſraëlis Pſal. 68. v. 27*, neque opus habemus recurrere ad ciſternas, aquam ſalutarem non continentes, vel ad lacunas tranſlationum hominum, ſibi applaudentium, aquas impuras, infectas, turbidaſque haurientium, cùm

Purius ex ipſo fonte potentur aquæ.

Undà quoque præſtat ἀφύσσασθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο. *Haurire purum E-*

ridani liquorem? verum quandoquidèm omnium, non est caussas cognoscere, neque cuivis obvia ratio, notaque via, quâ ad fontes, aquarumque venas illas prorumpentes, perveniatur, certo quodam artificio vos, qui hoc jam diu à me flagitattis, amoreque quodam linguæ Hebrææ discendæ flagratis, quasi manu, tutò, paucissimis, quantum fieri potest præceptis, ad fontis ipsius cognitionem, investigandarumque Radicum Hebraicarum omnium, rationem deducam.

1. Quod Græci Θέμα vocant, hoc Hebræi שׁרשׁ. i. e *Radicem*, undè quod apud Græcos est, θέμα quærere, illud apud Hebræos est, Radicem investigare.

2. Uti apud Græcos in Ὁμαλοῖς. i. e. *Similibus* sive Regularibus, est facilior ratio θέμα inveniendi, & in Ἀνωμάλοις. i. e. *Dissimilibus* seu Irregularibus, quæ à communiori, atque usitatâ formâ deflectunt, θέματος investigatio est difficilior. Sic & in Verbis, Nominibusque Hebræorum Perfectis, levi negotio in Radicem inquiri potest; in Imperfectis vero, Defectivis, Quiescentibus, Compositis, atque ab usitatâ deflectentibus formâ, difficiliori ratione Radix indagatur.

3. Radix autem apud Hebræos, tribus communitèr constat literis, rarò duabus, nisi tantum

in

in quibusdam particulis, veluti לֹא *non.* אִם *si.* מַה vel מָה *quid* &c. Aut aliquandò quatuor, à quibus hujusmodi Verba tunc QUADRATA, vel DUPLICATA. nuncupantur, quod accidit plerumnuè à Verbis, Nominibusque abundantibus, ac compositis, quorum una, vel duæ alternatim geminantur: ut in סִלְסֵל à סָלַל *Aravit:* גִּלְגֵּל à גָּלַל *volutavit:* כִּלְכֵּל à Rad. כּוּל *sustentavit.* מִלְטֵל à Rad. טוּל *proletavit:* קִלְקֵל *levigavit, tersit, expolivit* Ezech. 21. v. 21. Eccl. 10. v. 10. שִׁלְשֵׁל *concatenavit* Rabbinicè: שַׁאֲנַן *securus fuit:* נִפְלֵל à נָפַל *cecidit*, aliisque hujus generis, qualia sunt דַּרְדַּר *carduus, tribulus* à דְּרוֹר *libertas* שְׁחַרְחֹרֶת *nigra* Cant. 1. v. 6, à Rad. שָׁחַר *denigrari:* צֶאֱצָאִים *Filii, prognati* m. p. תַּלְתַּלִּים *crispaturæ.* m. p. à תָּלַל: שְׁפִיפוֹן m. *cerátes*, à Rad. שְׁפַף aliis שפה·

. Vel illis, quæ secundo aut quarto loco habent ר vel ל, uti ex aliis observat *Erpenius Grammat. suæ lib. 1. cap. 6.* Qualia sunt כַּרְכֹּם *crocus:* פַּרְוָר *suburbium:* פַּרְשֵׁז *expandit* Pihel: שַׁבְלִיל, קַרְסֹל, & קַרְסֹל *talus:* Verba verò & Nomina, quæ pluribus, quam tribus constant literis primigeniis, sive Radicalibus dissimilibus, partìm sunt Nomina propria, partìm composita: ut תַּלְפִּיּוֹת f. p. *armaria*, vox composita

ex פִּתְּה & פִּיתָ, de quo vide פֶּה *os*: עֶלְקִים *invictus*, ex עַל & קִים *surgere*: צַלְמָוֶת i. e. *umbra mortis* ex צֶלֶם *umbra*, & מָוֶת *mors*: עַלְמָוֶת *immortalis*, ex עַל & מָוֶת *mors*, partim exotica, barbara, ac peregrina, à Chaldæis, Ægyptiis, Perſis, Arabibus, Syriſque, mutuata ſunt.

4. Et quandoquidem Radix in Hebraicis aliquandò nuda, ſimplex, atque abſoluta, literis aſſumptitiis prorſus carens, tam in Verbis, quam Nominibus reperitur. Aliqnandò cum Præformativis literis in principio, tùm Afformativis in fine veſtita. Et aliquandò, & in principio, & fine utrobiquè his onerata, antè omnia in Radices inquirenti, hæc ſedulò conſideranda ſunt, eæque removendæ: Ut enim nuda appareat Radix, quicquid literarum eſt Servilium ſuperfluum, id totum eſt abjiciendum E diverſo autem, ſi omnibus literis Servilibus remotis, ternarius literarum Radicalium numerus, non inveniatur, is, uti in abundantiâ, abjectione, ita in hâc penuriâ, adjectione eſt implendus, juxta verſiculos hoſce vulgares.

Abſtrahe. Serviles, & tres ſi fortè ſuperſint Radicem thematis noveris eſſe tui.

Si tantùm remanere duas conſpexeris, adde נ. ל *vel* י, *vel dato* ו *medio.*

Aut

Aut ה *postponas*, *aut conduplicato secundam*,
Vera statim Radix pullulat indè tibi.

5. Literæ, quæ in indagatione Radicis removendæ sunt, si superabundent, non modò sunt Serviles seu Præfixa, dictæ מֹשֶׁה וְכָלֵב de quarum usu Grammatici passim, & *Erpenius lib.* 4. *cap.* 1. agit: verum etiam, quæ temporibus, personis, generibus, numeris, modis, præpositionibus, articulis, pronominibus, & affixis designandis inserviunt, quales sunt Præteriti תְּהִ'מוּן:

Benoni, & Paul הַתִּ'מוֹ: Infinitivi יִבָּכְלֵם, de quibus *Erpenius lib.* 2. *Gramm. cap.* 1. Imperativi וְנַה', de quibus eodem loco *Erpenius*, & futuri אִ'תָן nuncupatæ, quæ, vel in principio, vel fine verborum præfiguntur, vel affiguntur, quâ ratione, vel Præfixa, vel Affixa sive suffixa dicuntur. Secundò abjiciendæ sunt in Verbis terminationes, quæ ex Pronominibus desumptæ sunt, quales sunt תָּ ex אַתָּה *tu.* m. g. תְּ ex אַתְּ *tu* f. g. תִּי ex אֲנִי *ego.* c. g. תֶּם ex אַתֶּם *vos* m. g. תֶּן ex אַתֶּן *vos* f. g. נוּ ex אֲנַחְנוּ *nos.* c. g.: Tertiò literæ הָאֶמְנָתִ' sic appellatæ, de quibus *Erpenius lib.* 1. *cap.* 6, *&* *libr.* 3. *cap.* 1. quæ formandis Nominibus Verbalibus sunt destinatæ, quibus, vel præponuntur, vel postponuntur. Quartò removenda sunt omnia Verborum, & Nominum

minum Affixa, de quibus Erpenius *Gram. lib.* 5. *cap.* 5. *qualia* ſunt נִי *me*: נוּ *nos*: ךָ *te* m. g. ךְ *te*. f. g. כֶם *vos*. m. g. כֶן *vos* f. g. הוּ ille vel וֹ: הָ vel ה & הּ f, quod uti & תָ in ſimplex ת mutatur: ם vel מוֹ, uti & הֵם הֵן *illi iſti*: הִתְ quæ Radici præmiſſa, Quartam Conjugationem deſignat, ſicuti נ Characteriſticum Præteritum Niphal formans, & ה litera, Infinitivo & Imperativo Niphal, tum etiam Præterito Hiphil præfixa. Quintò ים, & וֹת; pluralia Nomina conſtituentia ac Participia formantia, quibus accedat אֹת & נָה

De duplici modo eruendæ Radicis, Perfecto adde & Imperfecto.

De modo Perfecto, ſeu ſimplici.

1. REmotis omnibus literis Servilibus, Præpoſitivis, & Poſtpoſitivis pro ratione Verborum Perfectorum, vel Imperfectorum, duo modi inveſtigandarum Radicum, exiſtunt, unus perfectus. i. e. Verborum Perfectorum, quæ Conjugata nuſquàm, & nunquàm ullam Radicalem omittunt: ut אָהַבְתִּי *dilexi Pſal.* 116. *v.* 1. Abjice hîc pronomen affixum תִּי, perſonam primam denotans, remanebunt tres literæ Radicales אהב, quibus, ſi juxta analogiam Grammaticam ſubjiciantur puncta, Radix erit אָהַב. Atque

hæc

hæc quidem ratio in veſtigandarum Radicum in Verbis Perfectis, eſt omnium facillima.

De modo imperfecto.

Alter modus, eſt difficilior, concernitque Verba Imperfecta, Deficientia & Quieſcentia, in quibus ut plurimùm, una Radicalis omiſſa, eſt reſtituenda.

2. Suppletur hic numerus Radicalium literarum ternarius, duplici ratione, vel è defectu, vel è quiete.

3. Verba Deficientia ſunt triplicis generis: nam vel deficiunt in primâ, vel in ſecundâ, vel tertiâ Radicali, ubi quandò deficiunt, defectus reſtitutione Radicalium ſunt ſupplendi, & quidem literarum נ vel ל, vel interdùm etiam י: ut יִקַּח & קַח *accipe* à לָקַח; יַצִּב *ſtabit*, abjice hîc י ex literis אית״ן, erit Radio יָצַּב *ſtetit*. De quo vid. *Erpen. lib. 2. Gram. cap.* 3. Defectus autem literæ, נ infallibilis eſt nota, Dageſch forte Compenſativum (de quo agit *Erpen. Gram. lib.* 1. *cap.* 7. & *cap.* 3 *lib.* 2.) E. G. תֵּן da Pſal. 115. v. 1. à נָתַן *dédit*: גַּשׁ *accede* & גֶּשֶׁת *accedere* à Rad. נָגַשׁ *acceßit*.

4. Si Prima deficiat, Dageſch communiter eſt in ſecundâ;

Si Secunda deficiat, Dageſch eſt in tertiâ:

 Si

Si vero Tertia deficiat, Dagesch in servili, tertiam Radicalem sequente, impressum invenitur.

Canonis nostri primi illustrandi loco sit יִגַּשׁ & נִגַּשׁ, ubi Dagesch est in secundâ Radicali, proindè prima deficit Radicalis, & י *Jod* in primo exemplo, est ex literis איתן. Et in secundo exemplo נ *Nun* est characteristica litera Niphal pro יִנְגַּשׁ & נִנְגַּשׁ, quas duas literas, si abjicias, & unius Radicalis defectum restituas, habebis נָגַשׁ *accessit*. Sic in וּמַגִּישׁ Malach. 2. v. 12, abjice hîc ו, & מ characteristicum Participiorum Hiphil, & י, supererunt duæ solummodò literæ Radicales scl. גשׁ, quarum prius Dagesch indicium defectus, præcedentis est. Præpone itaque נ, legitimaque adde puncta, emerget Radix נָגַשׁ. Similitèr הִגִּיד *annuntiabit* Psal. 111. v. 6, est pro הִנְגִּיד à Rad. נָגַד: Sic יִקַּח *accipiet* pro יִלְקַח. 3. Fut. Cal. à Rad. *accepit* נִתַּע *commolitus fuit*, pro נִלְתַּע Niphal, ubi si removeas נ Characteristicum Niphal, habebis Radicem לָתַע

Secundi Canonis declarandi loco, sit vox מֵחֻקַּי *à statutis meis* Malach. 3. v. 9, ubi Dages in tertiâ, significat defectum secundæ Radicalis. Abjice igitur hîc מ præpositionem, unam ex literis Servilibus משה וכלב; deinde etiam י Pronomen affixum, duæ literæ Radicales duntaxàt

taxàt remanebunt חק, cui posteriori Dages impressum reperitur, denotans defectum secundæ literæ, tertiæ similis, quæ restituta, éque Dages evocata, exsurgit Radix חָקַק *decrevit statuit*.

Ad tertium Canonem declarandum sit שִׁחַתֶּם *corrupistis* Malach. 2. v. 8, ubi Dages invenitur in servili תֶּם, quæ syllaba affixa personalis est, designans tertiam deficere Radicalem, quamsi abjicias, duæ tantùm superstites erunt Radicales שח: tertia autem similis, è Servili ת Dageßatâ, est elicienda, & tunc Radix erit שָׁחַת *corrupit.*

Observatis his Canonibus in Defectivis, omnes rimari Radices, omnibus in promptu, continuò erit.

5. In Verbis Imperfectis Quiescentibus, inquirendæ Radicis modus talis est, nempè vel prima, vel secunda, vel tertia Radicalis, à Quiete, veluti à somno excitata, revocatur, quod ut legitimè fiat, quinque Canones aurei hîc sunt subscribendi.

1. Si literis omnibus Servilibus scl. Præfixis, Affixis, sive Suffixis, sub quibus Pronomina, literæque Nomina formantes, comprehenduntur demotis, duæ remaneant duntaxàt literæ, vel י capiti est apponenda, vel danda ו medio, aut ה postponenda, vel deniquè secunda est duplicanda, juxta illud

Aut ה *postponas , aut conduplicato secundam veram; tùm Radix pullulat indè tibi.*

2. Jod י quidem capiti præponenda est, quandò י post vocalem longam eliditur, in eaque implicitè latet: ut נוֹרָא *terribilis* Psal. 76. v. 8, ubi נ est litera characteristica Niphal, & Radix יָרֵא *timuit.* Item נוֹרָאָה, ubi ה est litera Servilis ex literis האמנתי Psal. 116. v. 10. ab eadem Radice. Similitèr לְמוֹרָא *terribili ibid. vers. penult.* ubi ל est nota Dativi casus, ex literis מ״ וכלב: verò è literis *Hëemanthi*, & ו otiosa quiescens vice Cholem ab eadem Radice יָרֵא *timuit.*

3. Vau ו danda est medio, quandò in Verbis Quiescentibus, ו media Radicalis in vocali longâ sepulta jacet: veluti in זֵדִים *superbi.* Abjice hîc syllabam ים, pluralem numerum formantem, habebis duas literas Radicales זד cum vocali longâ Tzere (‥) tertia ergo Radicalis latet in Tzere, è quo, si educatur, erit Radix זוד *superbivit.*

4. He ה est postponenda, quum tertiam Radicalem, neque præponendo, neque interserendo invenire possumus, restat itaque, ut illud apponendo literam ה fiat: ut in וַיַּעַשׂ *& fecit*, & וַיַּרְא *& vidit*, ubi ו est Conjunctio, & י una è literis איתן futuri, quibus sublatis, duæ literæ remanent עש & רא: Radices ergo sunt עשׂה *fecit*, & ראה *vidit.*

5. Se-

5. Secundam Radicalem esse duplicandam, è Dages infallibilitèr cognoscitur: veluti in סִבּוֹת à Rad. סָבַב *cinxit*.

De investigandis Radicibus in Verbis dupliciter Imperfectis, deque modo Composito.

1. ATque hi quidem sunt simplices rimandæ Radicis modi, in quibus post abjectas Serviles, una vel deficiens, vel quiescens, advocanda est.

2. Modus compositus est, quum post Serviles rejectas, una duntaxàt radicalis apparet, eaque sempèr media, ubi, si quis jam roget in Radices Hebræas inquirens,

Unica si remanet mihi litera, quandò removi
Serviles, Radix dic age qualis erit?

Responsi loco repertet.

נ *da principio, vel* י *superadde quiescens,* ה *fini,*
Radix indè petita venit.

Exempla sint הַט *inclina* Psal. 17. v. 6.: הַךְ *percute* Zach. 13. v. 7, & תֵּת *dare* pro תֵּתֵּן Gen. 4. v. 12. ubi in priori & posteriori exemplo allato, ה Characteristica est Hiphil: in tertio vero ת formativa Infinitivi temporis. His omnibus abjectis literis, una superest Radicalis ת cum

cum Dages. Ut ergo ternarius Radicalium suppleatur numerus, necesse est literas nonnullas præponi, atque apponi; in primo quidem & secundo exemplo נ in principio & ה in fine, hinc provenient Radices נָטָה *inclinavit*, & נָכָה *percussit*, quæ Deficientium in morem נ & ה, in Imperativis Hiphil abjiciunt. In tertio autem exemplo, tàm à fronte, quàm tergo נ adjicienda est, & tunc prodibit Radix נתן *dedit*. Similis prorsùs ratio est in וַיַּכּוּם & *percusserunt eos* vocabulum 5 literarum, in quo ut invenias Radicem, necesse est, abjicere denuò à principio ו literam Servilem, seu copulam: deindè י literam tertiæ personæ futuri indicem. Adhæc ו notam pluralis numeri & ם finale, vicem Pronominis Relativi *eos* denotantis supplens. Quas omnes, si removeris Serviles, residua tantum erit כ: quò itaque ternarium suppleas numerum, binæ pro constitutione Radicis necessariò requiruntur, quæ erunt נ in principio, quod ostendit nobis punctum Dages in כ & ה in fine, eritque iterùm Radix integra נָכָה *percussit*, quod tamen magis in Hiphil הִכָּה est usitatum.

Item in Verbo וַיֵּט *& inclinavit*, ubi similiter ו est copula conversiva futuri, & litera י in futurorum principiis inserviens, est ex literis אית"ן, quibus duabus remotis, remanebit solummodò ט.

Ut

Ut itaque Radicem veram reperias, adde נ in principio, quam addendam hîc esse, indicat Dages in literâ י, & ה in fine, eritque Radix ipsa נטה *inclinavit*, vel *extendit se*. Quibus accedant יַז insperſit Jeſ. 63. v. 3. item יַז 2 Reg. 9. v. 33. à Rad. נָזָה: יֵּט *tetendit* Gen. 12. v. 8: תַּט *declines* Prov. 4. v. 8, à נָטָה: אֵט *declinavi*: יַז *aſperſit* Lev. 8. v. 11: יַךְ *percuſſit* Hoſ. 6. v. 11: נַךְ *percuſſimus* Deut. 2. v. 13: יוֹר *jaculatus eſt* 2 Reg. 13. v. 17. à Rad. נָכָה נָזָה נָטָה & יָרָה. Sic in רֵד *deſcende* à Rad. יָרַד *deſcendit* duæ Radicales remanent, uti & in שֵׁב *ſede* à יָשַׁב *ſedit*. Sic in יַט *extendet*, una remanet à נָטָה: & in אַךְ *percutiam* à נָכָה. Accidit quoque interdùm, quùm ſecunda & tertia Radicales literæ, ſunt ejuſdem generis, tertiam cadere, relinqueréque, in ſui ſignum Dages in ſuâ conſorte, modo ejus capax ſit: ut גַז pro גָזַז & תַּם pro תָּמַם.

3. In Verbis Imperfectis abundantibus: ſeu DUPLICATIS, vel QUADRATIS, quæ ternarium literarum numerum exſuperant, facilè ad tres Radicales reducuntur, ſi duæ alternatim geminentur, ac ſint literæ homogeneæ: ut יְכַלְכֵּל *diſpenſabit*, item מְכַלְכֵּל *ſuſtinens* Malach. 3. v. 2, ubi ſi מ participiale, literamque futuri י removeas, Radix quatuor literarum erit כַּלְכֵּל.

Ver-

Verbum Duplicatum, ſeu Quadratum, quod à Radice כּוּל deſcendit: עִרְעֵר *excitavit, nudavit* Pihel ab עוּך *evigilare*, & עָרָה vel עָרָה *nudari*, undè עַרְעָר *nudus* m. g. de quo vid. Buxtorfii Lex. הִרְהֵר *cogitavit* ab הרה: קִרְקֵר *deſtruxit murum* Pihel à קִיר m. g. *murus*. Sic תַלְתַּלִּים m. p. *criſpaturæ capillorum*, venit à Rad. תָּלַל: עַפְעַפַּיִם *Palpebræ* m. dual. Pſal. 11. v. 4, venit ab עוּף *volavit*. Quandò verò in Verbis Quadratis, omnes literæ Radicales ſunt heterogeneæ, ad tres Radicales reduci non poſſunt, neque etiam reductione ulla opus eſt, quandoquidem ex proſapia Hebræâ non ſunt, verùm ex aliis linguis in Hebræam irrepſerunt.

4. Par rátio eſt in Verbis quinque literarum, quæ fiunt ex unâ Radice, geminatis duabus ejuſdem literis: ut à סָחַר fit סְחַרְחַר *circumivit indecinentèr*: ab הָפַךְ fit הֲפַכְפַּךְ *perverſus eſt omninò*. Quæ Avenarius in Lexico ad Nomina refert, duoque tantùm in Scripturis Verba reperiri affirmat, quæ quinque ſint literarum eſſentialium, uſurparique tantummodò in voce Paſſiva Pual ſcl. חֳמַרְמָרוּ *conturbata ſunt* ab חמר *turbari* Thren. 1. v. 20. Cui adjunge חֳמַרְמְרָה *ſqualida, lutulenta* Job. 16. v. 16, quod juxta Maſorethiarum criſin legendum eſt in ſine cum ו ut

præ-

præcedens. Et יְפֵיפִיתָ *venuſtus*, vel *ſpecioſus es* Pſal. 45. v. 3. à יָפָה *pulcher fuit*.

In his hoc modo verſandum eſt, ut Radicem invenias. Duæ iſtæ Radicales ſunt præcidendæ, quo facto Radix ſimplex in conſpectum prodibit. Exemplis ſubjectis rem ipſam illuſtrabimus. E. G. in Verbo סְחַרְחַר *circumivit indecenter*, duæ Radicales geminatæ חר in fine ſunt præcidendæ, & tunc habebis Radicem סָחַר. Sic יְרַקְרַק m. g. *ſubviridis* à Rad. יָרַק *ſpuit*. Sic עֲרַעֵר *nudatiſſimus* m. g. à Rad. עָרָה *nudari*. Similiter in verbo allegato הֲפַכְפַּךְ *perverſus eſt omnino*, ſi duas Radicales poſteriores geminatas פך abſcindas, invenies Radicem ipſam הָפַךְ *vertit*, *invertit*.

Similem prorſus in modum inveſtigatur quoque in Nominibus Radix: alia enim ſunt Nomina abſoluta, quæ non modo non à Verbis, uti neque omnia Verba à Nominibus derivantur; ſed etiam, quæ præter literas eſſentiales, ſive Radicales, nullam literam aſcititiam habent; Alia Hëemanthica ſunt, i. e. quæ præter literas Radicales, aliquas habent ex האמנתי, quarum nunc unam, nunc duas, modo à fronte, modo à tergo, modo utrimque habent adjunctas (quamvis ſint, qui uſum literarum והאמנתי) non ſolum ad Nomina reſtringant; ſed etiam

 illarum

illarum usum in Verborum terminationibus, ac formationibus ostendant) utraque aut Perfecta sunt, aut Imperfecta. Priora è Verbis Perfectis; Posteriora verò eo Imperfectis originem suam traxere. Undè Nomina Imperfecta, vel è deficientibus, vel è Quiescentibus Verbis descendunt. Ex Deficiente primâ, ut מַבּוּעַ *scaturigo* à נָבַע *scaturivit*: in secundâ, ut מְגִלָּה *volumen* à Rad. גָּלַל: Ex tertiâ specie Verborum Deficientium, non fiunt Nomina Imperfecta. Sic vicissim è Quiescente primâ, ut מוּסָר *castigatio*, à Rad. יָסַר: è secundâ, ut זָדוֹן *superbia* à זוּד *superbivit*: è tertiâ, ut בֵּן *filius* à בָּנָה *ædificavit*. Descendunt quoque Nomina à Verbis compositè Imperfectis, ut נָשִׂיא *nubes* à Rad. נָשָׂא *tulit*: צֹאָה *sordes* à Rad. יָצָא *exivit*, atque plura his similia.

Ratio investigandi Radices in Verbis Compositis

De Verbis Compositis.

VErba Composita, aut Confusa ad simplicia reduci debent: veluti כָּאֲרִי *sicut leo* Psal. 22. (pro quo Xanthes Pagninus, Joh. Isaacus, Petrus Galatinus de Arcan. Cathol. verit. lib. 8.

cap.

cap. 17: Vatablus, Andradius, Henricus Mollerus, Helvicus, & inter Rabbinos Rabbi Moses Hadarsan, contendunt legendum esse, scriptumque se vidisse, olim in omnibus exemplaribus :כָּרוּ. Aliqui verò, prout quædam exemplaria habuerunt כָּארוּ, ut א illud sit epentheticum) compositum est ex כָּרוּ & אֲרִי; ut כָּאֲרִי idem sit atque כָּרוּ כָּאֲרִי *foderunt tanquam leo*, ideoquè Chaldæus Paraphrastes præclarè vocem hanc reddens eodem planè modo utrumque illud, sive utramque lectionem expressit. Helvicus tamen aliam adhuc explicationem ex Paulo Burgensi adferens, censet א illud in כָּאֲרִי esse epentheticum, cujus Epentheseos plura itidem exempla in sacris occurrunt; deindè י Jod pro Schurek esse positum, sicut Jer. 50. v. 11. in תִשְׂמְחִי pro תִשְׂמְחוּ *lætabimini* &c. Hujusmodi compositionis plurima alia exempla reperiuntur. Sic יוֹלַדְתְּ. Gen. 16. v. 11. & Jud. 13. v. 5. & 7. ex participio יוֹלֶדֶת *pariens*, & Præterito fæminino יָלַדְתְּ *peperisti* compositum est, teste Kimchio, estque sensus *pariens peperisti*. Itidem שְׁקַעֲרוּרֹת Lev. 14. v. 37. vox composita est ex שָׁקַע *profundus fuit* & שַׁעֲרוּר *fædus* sive *horribilis*, & significat *lepram profundam* atque *horribilem*: שַׁעַטְנֵז Levit. 16. ac Deut. 22. v. 11.

 vox

vox *vestem ex lanâ & lino textam* significans, componitur ex Chaldaico שַׁעַ *lanam pectere* מָוֶה *nere* & נז *filum torquere.* לחפר פירות *talpæ* fœm. plur. Jes. 2.

מְקַלְלוֹנִי vel מְקַלְלְוַנִי *maledicti mihi*, vel *maledicens mihi* Jer. 15. v. 10. irregulare, & quidem composita forma, ex קָלָה & קָלַל *maledixit*, cujus ה in ו mutatur Particip. Benoni Pihel, quasi קְלוֹנִי *ignominiâ afficiunt me*, & מְקַלְלֵנִי *maledicit mihi quisque*: אֶרְאֵל *valens, validus* vox composita ex אֲרִי *leo*, & אֵל *Deus*, quasi dicas *leonem Dei.* i. e. *fortissimum.* Chaldæi & Hebræi juxta, communitèr vocant *legatum*: בִּלְעֲדֵי *præterquam*, compositum ex בַּל & עַד vel עֲדֵי *usque*, & cum מ præfixo מִבַּלְעֲדֵי *ab initio.*

Plura etiam exempla alibi occurrunt, ubi voces istæ ex duabus, aut tribus aliis compositæ, aut confusæ sunt.

Atque hoc quidem artificium in Hebræorum Radicibus indagandis est adhibendum, tàm in Verbis, quàm in Nominibus, quorum hoc pacto investigatorum significata, cùm Lexica Hebræa, tùm Verborum, Nominumque usus, abundè suppeditabunt.

De

De Formis Verborum, Nominumque Imperfectorum observatio singularis.

RAdices, formæque Verborum Imperfectorum, quandóque inter se permutantur, adeò ut Verba, à duabus diversis provenire possint Radicibus. E.G. יְבֹשֶׁת *exsiccata* Gen. 8. v. 7. Infinitivus in formâ partìm perfectâ, partìm imperfectâ. Sic וַיֵּבוֹשׁ & *arescet*. Hos. 13. v. 14. 3 Fut. sing. num. in Cal. à בּוֹשׁ vel יָבֵשׁ: nam utrumque Verbum suas formas inter se confundit: in Hiphil etenim est הוֹבִישׁ & הֵבִישׁ à Rad. יָבֵשׁ. Sic confunduntur interdùm formæ יחל & חול *doluit*, quod juxta Masorethas legendum cum ו in medio, loco ו.

Sic יָעֵף & עוּף & צִיף, ut וַיָּעַף & *fessus fuit*, quasi ab עוּף Sic נָקַף & יָקַף Sic רֵעַ, רוּעַ, & רָעַע vel יָרַע in formis suis confunduntur. De quo vid. Buxtorf. in Lexico.

Quibus subjunge שׁוּחַ *inclinari, propendere*, & שָׁחָה *incurvare se* vid. Buxtorf. in שׁוּחַ.

שָׁחָה *incurvari, incurvare se*, & שׁוּחַ, item שָׁחָה vid. Buxtorf. in חָלַל: שָׁחַח *vulnerari, perforari*, cum חָלָה *ægrotavit*, & חול *doluit parturivit*, undè מְחוֹלָל *dolore affectus* Jes. 53. v. 5. Particip. in Pyhal. vid. Buxtorf. in חול:

חלה & חָלָא *agrotavit*; quod habet in Hiphil הֶחֱלָה & per Apocopen הֶחֱלִי pro החליא *morbo affecit* Jes. 53. v. 10. ad formam Quiescentium tertiâ Radicali א; hæ enim inter se frequentèr permutantur.

שׂוּם. שִׂים & יָשָׂם *posuit*.

רָעָה *pascere* & רָעַע *conterere*. Vid. Buxtorf. Lex. in רתה.

שָׁאַס vel שָׁאַס *depopulari*, item שָׁשׁ cum א Quiescente intermedio, & שׁוּשׁ ex ordine Quiescentium secundâ, posito א lòco mediæ ו Quiescentis imitatione Chaldæorum. vid. Buxtorf. Lex. in שָׁאַם.

ישח m. *depressio*, permutatur cum שחה, שחח & שׁוּח. vid. Buxtorf. in שח׳.

Ejusdem generis sunt קוץ & יקץ : נָצָה & נצץ & נוץ : נוץ

Sic סָכַךְ & סוּךְ (undè וְתָסֵךְ Fut. Hiph.) seu סַךְ, undè סִכְסֵךְ & נָסַךְ.

טפף vel טַף.

צור *obsidere* & צָרַר *ligavit*, *oppugnavit*, & יָצַר *finxit*, *formavit*.

אָרַב *insidiatus est*, & רוּב *pugnare* vel רִיב *contendere*.

ערר. עער & עוּר *excitare*.

נוּד & נָדַד *vagari*.

De

De Literis Rudicalibus & Servilibus.

Ex literis illis Servilibus משה וכלב איתן, *nonnullæ voces aliæ sunt formatæ, quales* היום אלבש תכן, *quibus Grammatici expresserunt nobis, quandò & ubi literæ istæ sint Serviles, quandóque Radicales.*

Quandò Literæ Serviles sint Radicales. אלבש *in fine aut medio positæ semper sunt Radicales* נְמַכָּה תָּוִי vel הַיּוֹם תָּכֵן *Serviles licet in principio & fine dictionis, tamen interdùm sunt Radicales.*

Quandò literæ Serviles, sint merè Serviles.

Literæ hæ quatuor אלבש *tantùm in principio Radicis sunt Serviles: quatuor illæ* הֵם. כֵּן vel נְמַכָּה *in principio, & fine Radicis tantùm sunt Serviles. Tres vero istæ* יות vel תוי *ubiquè. i. e. in principio medio, & fine, sunt Serviles, uti scribit Erpenius Gram. Hebrææ libr.* 1. *cap.* 6.

In למברשונה indè à principio; *Paralip.* 15. *v.* 13, *ubi* מַ *cum Patach punctatur, tres literæ Serviles concurrunt.*

De Literis Radicalibus & Servilibus, quibusque in locis Radicalium Ac servilium naturam assumunt.

1. אלבש כנהם יות *Serviles esse notabis*

 2. *In*

2. *In fine aut medio vocis non serviet* אלבש.

3. *Nec* כנחם *in medio:* [a] *sed* יוה *variabit ubiquè.*

De Investigatione Radicis.

1. *Si tibi tres restant, postquam submoveris omnes, Serviles, vocis Radicem credito veram.*

2. *Quod si fortè duæ restent, præponito fronti. Nun* נ, *vel Jod:* [b] *aut Vau* (*rariùs* א) *mediâ intercludito sede:*

Aut He postponas: (*rariùs* א,) *aut conduplicato secundam.*

3. *Unica si restet, Capiti præmitte Nun, aut Jod:*

He. junga fini.

Generalis Regula in dictionibus; unâ, aut duabus literis Radicalibus destitutis, observanda.

Quandò dagessata prima Radicis fuerit, docet Nun à principio dandum esse, rariùs Jod, [c] *& rarissimè Lamed.*

Si secunda Dagessata fuerit, indicat eam geminandum esse, nisi Dagesch istud sit Characteristum, Conjugationis Pihel, vel indè descendens, sive retinens aliquid formæ Conjugationis secundæ Pihel, cujus generis, formæque est חִטָּה triticum à *Rad.* חטב vel חנט. Item בַּת filia à בָּנָה.

[a] Verùm in capite & fine. vid. Buxt. Epit. p. 17. [b] (vel Jod.)
[c] vid. Buxt. Epit. p. 53.

Ver-

Verba Quatuor Radicalium.

ארגב *Nomen Regionis*
אראל *Angelus*
אבנט *Balteus*
אדרכן *Dragma*
אגרטרת *Pollubrum*
ארגז *Arca*
ארגמן *Purpura*
אלגביש *Lapis grandinis*
בליעל *Vilis*
ברלח *Margarita*
בלעד *Præter*
בקבק *Oenophorum*
בובר *Avis saginata*
ברזל *Ferrum*
גבעל *Calamus lini.*
גזבר *Thesaurarius*
גִלְגֵל *Voluntavit* à גָלַל
גלמוד *Solitarius*
גרגר *Granum*
דמשק *Angulus. nom. proprium.*

דרבן *Stimulus*
דרדר *Tribulus*
דרכמון *Dragma*
הבהב *Donum*
הִסְפֵּס *Attenuavit*
זלזל *Ramus*
זלעפה *Tremor.*
זרזיף *Herba excisa*
זַעֲזַע *Movit*
זרזיר *lælaps*
חֲבַצֶלֶת *Rosa*
חכלילי *Rubicundus*
חלמש *Silex*
חנמל *Grando*
חרחר *Incendit*
חספס *Rotundus*
חרגל *Ophiomachus*
חרטם *Genethliacus*
חרמש *Falx*
חרצב *Colligatio*
חרצן *Acinus.*
חשמל *Angelus*
חשמן *Legatus*

טָאטָא *Evertit*
טַלְטֵל *Proletavit assidue ex* טִיל
טפסר *Princeps*
טַחֲוָה *Iactavit*
כדכד *Iaspis*
כִּלְכֵּל *Sustentavit*
כפתר *Pomum*
כִּרְכֵּר *Iripudiavit, Induit*
כִּרְבֵּל *Operuit*
כרבב *Circuitus*
כרמל *Spica viridis, Nom. Propr.*
כִּרְסֵם *Devastavit, complevit ventrem*
כרפס *Color viridis*
נִשְׁתְּוָן *Epistola*
סִכְסֵךְ *Intexit, Confudit*
סִלְסֵל *Stravit. Canistrum*
סלעם *Attacus*

סמדר *Uva*
סגור *Obscuritas Oculi*
סנסן *Ramus*
סנפר *Pinnula*
ספרד *Hispania*
סרעף *Ramus*
סרפד *Urtica*
עטלף *Vespertilio*
עכבר *Mus*
עכבוש *Aranea*
עכרב *scorpio*
עַרְעֵר *Diruit*
ערער *Iuniperus*
ערפל *Caligo*
עשתר *Caula. Nom. Ido & loci*
פלגש *Concubina*
פענח *Revelator*
פרדס *Paradisus*
פַּרְוָר *Suburbanum*
פרכר *Nomen domus*
פרעש *Pulex.*
פִּצְפֵּץ *Dissipabit*
פרשד *Stercus.*

פִּרְפֵּר

פִּרְפֵּר *Perperam fecit.*
פרשן *Expandere*
פרתם *Principes*
פתגל *Fascia*
פתגם *Verbum*
פרשן *Exposuit*
פרשגן *Summa*
פתשגן *Exemplar*
צלצל *Locusta*
צנצן *Scutella*
צנתר *Virga*
צפצף *Striduit, garrivit*
צעצע *Puer.*
צרפת *Gallia*
צפרדעת *Rana*
קדקד *Vertex.*
קעקע *Stigma*
קִלְקֵל *Alleviavit.*
קרדם *Talus*
קרקע *Pavimentum*
קשקש *Squama*

רטפש *Tenerum esse*
רפסד *Ratis*
שִׂגְשֵׂג *Grandivit*
שלהבת *Flamma*
שנאן *Angelus*
שרעף *Cogitatio*
שנהבי *Dentes Elephantorum*
שִׁעֲשֵׁע *oblectavit, lusit*
סִפֵּרה *Rotundavit*
שעטנז *vestis contexta ex lana & lino.*
שקערורו *Niger*
שרביט *Virga*
תְּעְתֵּעַ *Errare fecit, seduxit*
תַּחֲרָא *Lorica.*
irritavit. Hinc מְתַחֲרֶה *irritans &* תִּתְחָרֶה *irritabis*

Ver-

Verba Geminata.

אגב *Nomen Viri*	גפף *Alâ*
אבב *Spica, Martius Viror.*	גרר *Excidere guttur, Ruminare*
אהה *ingemiscere*	גשש *Palpare*
אפף *circuire*	דבב *Loqui. Infamia.*
ארר *Maledicere*	
אשש *Fundamentum lagena fortificare*	דלל *Pauper, Arescere, Elevari. Infirmus, Coma, Ostium.*
גהה *Vacuus*	
בזז *Prædari*	
בקק *Evacuare*	
גהה *Mederi; sanare*	דמם *Silere, expectare*
גזז *Tondere*	
גלל *Removere. Volvere, Fons, Provincia, Idolum, Stercus, Caput, Fluctus.*	דקק *Contundere, Pellicula, Cortina*
	דרר *Libertas, hirundo.*
	הדד *Celeusma*
	הלל *Laudare, Lumen,*
גנן *Munivit*	*Infamia.*

Stella

Stella matutina
הרר *Mons*
חתת *Producere linguam*
זבב *Musca*
זחח *Tollere*,
Alienare.
זכך *Purificare.*
Vitrum
זלל *Epulo vilis.*
זמם *Cogitare,*
abominatio.
זקק *Fundere,*
mundare,
Compes,
Scintilla,
חבב *Nomen Viri.*
Amare.
חגג *Subsilire;*
Festum,
Pavor.
חדד *Acutus*
חזז *Fulgur,*
חלל *Vulnerare,*
Occidere;
Profanare.
Hæreditas
Prohibitio.
Placenta.
Fenestra.
חמם *Calefacere;*
Sol,
Idolum,
niger.
חנן *Misereri,*
Largiri.
חפף *Tegere,*
Porticus,
Innocens,
חצץ *Sagitta,*
Calculus,
Fulgur.
חקק *Statuere:*
Tributum;
Ius,
Mos.
חרר *Arsit,*
חשש *Sculpsit,*
Aravit;
Cogitavit,
Si-

Siluit,
Artifex,
Sylva.
חשש Nom. urb.
Testa.
חתת Fregit.
Terruit.
טטף Frontale.
Monumenta.
Phylacteria
טלל Operuit,
Ros
טפף Clausit.
Parvus
יבב Clamavit.
ילל Ululavit.
Iupiter
ישש Decrepitus
כדד Scintilla.
Lagena.
ככב Sydus
כלל Perfecit,
universalis,
Sponsa,
Fumus

כמכם Pudere.
כסס Supputare.
Cambium
כפף Curvare.
Vole
Ramus
כרר Clitella,
Pascuum,
Agnus,
Dux.
כתת Contundere.
לבב Transigere,
Cor,
Lagena
להה Insanire.
Lassus
לקק Lambere
מטט Declinare
Lectus
מלל Dicere,
Sermo,
Spica
מסס Dissolvi,
Tributum,
Sufficientia.

מקק

מקק *Liquescere*
מרר *Amarescere,*
Gutta
משש *Palpare*
נדד *Movere,*
Acervus,
Separatio,
Menstruum,
Immundus.
נהה *Lamentari.*
Congregatio.
נסס *Elevare,*
Vexillum,
Columna.
נשש *Oblivisci.*
סבב *Circuire,*
Caussare,
Reverti.
סכך *Operire,*
Vrotegere,
Tabernaculum,
Velum,
Summa.
סלל *Via*
סמם *Scala*

ספף *Calix,*
Postis.
סרר *Refractarius*
עלל *Facere,*
Involvere,
Contemnere,
Expoliare,
Puer,
Racemus,
Caminus.
ענן *Nubes.*
Obnubilavit.
עסס *Calcare*
ערר *Unicus absque filiis*
עשש *Putrescere.*
פזז *Roborare,*
Aurum purum.
פלל *Iudicare,*
Orare.
פסס *Finire,*
Multicolor,
frumentum.
פתת *Frangere,*
Portio.

צדד *Latus*
צחח *Locus,*
Clarus,
Siccus.
צלל *Demergere,*
umbra,
Tintinnabulum.
צמם *Cæsares,*
Latro.
צנן *Lana,*
Frigus,
Spina,
Scutum.
צרר *Ligare.*
Angustiis afficere,
Hostis,
Lapis.
קבב *Maledicere.*
Tabernaculum,
Aurifaber,
Lupanar.
קדד *Incurvare se,*
Cassia,
Vertex.
קהה *Obstupescere.*

קלל *Spernere,*
Maledicere,
Interrogare,
Levis.
קנן *Nidificare : unde*
קֻנַּן *nidificatus est.*
קעע *Stigma*
קצץ *Præcidere,*
Templum,
Finis.
קרר *Frigus*
קשש *Colligere.*
Increpare
Scrutari
Lignum.
רדד *Expandere,*
Subjicere.
רהה *formidare*
רטט *Tremere,*
רכך *Molliri,*
רמם *Exaltare,*
Vermis.
רנן *Clamare,*
Laus.

Pavo:

Pavo.
רמס Miſcere
Diſtillatio
רצץ Conterere.
Inciſio
ריקק Increſcere.
Lagena.
Tantum.
רשש Deſtruere.
Hyacinthus
רתת Tremere
שש Sex.
שבב Conterere.
Scintilla.
שגג Errare.
שחח Incurvare.
שכך Quieſcere.
Frigeſcere.
שלל Expoliare.
Inſanus
שמם Deſolare
שנן Acuere.
שסס Diripere.
שפף Ceraſtes.
Morſus
שקק Diſcurrere.
Procurator.
שרר umbilicus.
Cogitatio.
Duritia.
תקק Sibilare.
Vitis
תזז Excidere.
תכך Dolus.
Contritio.
תלל Elevare.
Acervus
תמם Perficere.
Integritas.
תנן Balæna.
Serpens
תפף Tympanum.

CONSILIUM

De ſtudio Rabbinico deque compendioſâ ad Rabbiniſmi cognitionem viâ, conſcriptum à

CNEJO CORNELIO UYTHAGE, D.

ROgatus aliquotiès à plurimis (*Clariſſ. Doctiſſ. Domini* a) quomodo quis felici ſucceſſu, & quam breviſſimâ viâ poſſet ſtudium Rabbinicum inhoare, quibus etiam mediis atque adminiculis illud provehi, quibus ſubſidiis cognitio ejuſdem acquiri non difficultèr poſſit, quomodóque curſus Rabbinicus ritè abſolvi valeat. Quod ad me quidem ſpectat, qui nihil aliud intendi, quam inſervire aliorum commodis, eumque ſcopum mihi unicè propoſui, à quo tempore & die cæperim linguam Rabbinicam docere, nihil celabo hâc in parte, ſed quomodo illud ſtudii genus ſit tractandum, quomodoque in hoc literarum genere ſit ad ſolidi Rabbiniſmi cognitionem adſpiranti verſandum, ingenuè dicam, quandoquidem aliquid hic denegare, nefas ducam, quo juventutem veſtram amore Rabiniſmi accendam, quæ, uti Scaligeri verbis utar ut b Studium Rabbinicum, ve uti probè

a vid. Saphii Catenam. b vid. Scaligeri Epiſt. 293.

probè notum, & usu jam edocti satis longo, diuturnoque judicatur communitèr ab omnibus, studium omnium esse difficillimum, & quidem.

1. Primò, ob Nominum, & Verborum multorum flexionem, ac dialectum ab Hebræâ, Chaldæâ, Syriacâ, Assyriacâ, Thalmudicâ, Arabicâ, Æthiopicâ &c. diversam.

2. Secundò, ob vocum plurimarum propriè Rabbinicarum, præterea & Philosophicarum, Logicarum, Physicarum, Ethicarum, Mathematicarum, & Metaphysicarum, occurrentium passim, atque offendentium lectorem imperitum hujus linguæ, multitudinem.

3. Tertiò, ob terminorum Grammaticalium in commentariis Rabbinorum subindè sese offerentium occursum, qui lectorem horum ignarum, terminos illos Hebræorum Grammaticorum proprios, Latinâ linguâ, Græcare exprimere assuevimi, aliosque idem facere solitos, quam maxumè morantur.

4. Quartò, ob vocabulorum modò Chaldæorum, Syriacorum, Assyriacorum, Talmudicorum subindè, atque Arabicorum: quin etiam exoticorum, seu peregrinorum copiam: Adde & Paraphrastos Chaldaicæ sive תרגומים allegationem, atque expositionem.

5. Quintò, ob Abbreviaturarum creberrimè in scriptis Rabbinorum occurrentium remoram:

Verum enimvero, ut aperté fateat, quod res est. Non est istud studium tam difficile, ut multis hodiè videtur, ut ideò cordatum quemque, & discendi avidum, ab hoc literarum genere terrere debeat, sed magis magisque extimulare potius, inflammareque, ut præceptorem, non módo hujus linguæ peritum, sed etiam didacticum, aliosque dextrè docere valentem, nanciscatur. Causa certè, quominus hactenùs multi ad hujus linguæ cognitionem pervenerint, fuit quorundam, quibus illa provincia publicè demandata fuit, partim inscitia, partim ἀμεθοδία, dextraque in docendo carentia, quibus pósitis, non pauci certè ad hujus linguæ cognitionem venissent, quos (nunc, non tam suâ, quam quibus provinciam illam, spartamque ornandi, demandatâ erat cura, culpâ) seriò sed serò, hujus rei penitet.

Opus itaque imprimis est, ut bonam assignemus, in discendâ haece linguâ methodum, ac viam (nam quum quis devia est ingressus, quò longius procedit, quò periculosius erret) atque antidota contra hæc mala remorantia, & à linguæ hujus cognitione arcentia, suppeditemus.

Primum istud est omnium difficillimum, nimirùm tàm Nominum, quam Verborum peculiaris flexio, & ab Hebræâ, Chaldæâ, Syriacâ, Talmudica, Arabicâ &c. diversa dialectus; in cujus cognitione tradendâ Grammatici hodierni

cùm

cùm deficiant, hactenusque defecerint, flexio illius dialectus peculiaris & differentia ab aliis Orientalibus linguis, vobis est ostendenda, atque certis paucissimisque per universæ Grammatices partes præceptis, ad calamum, dictanda breviter, quæ pro *Introductione ad linguam Rabbinicam*, interea vobis erunt, donec Grammatica nostra Rabbinico-Talmudica, quam jam molimur, & Deo volente, ac vires, valetudinemque ad tale opus Christianæ Reipublicæ proficuum edendum, uti spero, in quo differentia utriusque linguæ inter se, & cum aliis collatæ, plenariè quod hactenùs factum à nemine est, ostendetur; planaque ad Rabbinismum, studiumque Talmudicum via, strabitur ac pandetur porta, publicæ luci exposita fuerit.

Secundum est, vocum propriè Rabbinicarum, ac terminorū Theologicorum, Philosophicorumque multitudo, qui non modo occurrunt in Talmudistis; Philosophis & Caballistis, ac in מדרשים, allegoriove commentandi genere, sed etiam in Aben-Esræ, Rabbi Saadiæ, R. Levi ben Gersom, aliorumque sæpe numero Philosophantium, atque ad Physica, Ethica, Mathematica, & Astronomica exspaciantium ac excurrentium. Ubi commendarim merito suo librum, cui titulus est מַעֲרִיךְ הַמַּעֲרָכוֹת id est *Digerens Digesta* scl. ab aliis sive Dictionarium absolutissimum, complectens

plectens alphabetico ordine omnes voces Hebræas, Chaldæas, Talmudico-Rabbinicas, quæ in reliquis, quæ usquam extant Dictionariis reperiuntur, innumerasque alias, quæ à nullo Lexicographo, sive Christiano, sive Judæo hactenus observatæ sunt, Insupèr etiam sententiarum, ac locorum difficiliorum in Rabbinorum, & Cabbalistarum libris passìm occurrentium explicationem, nec non compendia scribendi, seu abbreviaturas omnes Hebræorum, cujus operis author est Philippus Aquinas, Judæus conversus, & linguæ Hebrææ Professor Parisiensis, ubi etiam Ac 1629. est liber iste impressus: sed quandoquidem hic author omnia ista tractat Hebræo, & non Latino sermone, hinc est, quod paucis, & potissimum incipientibus inservire iste liber possit, parúmque emolumenti, ac fructus indè ad illos, redundare.

Commendarim etiam incipientibus, non magnum illud, vastumque triginta annorum opus, Buxtorfii Lexicon in folio Basileæ Ac 1639. excusum, ubi plurimæ etiam satis vulgares voces, adhuc desiderantur; verum in principio præter ejusdem Buxtorfii Lexicon Philosophicum, Lexico suo Hebræo, in octavâ formâ annexum, potius עֲרוּךְ, sive *Dictionarium Chaldaicum*, diligentissimi, & in Rabbinorum commentariis interpretandis, versatissimi Sebastiani Munsteri, non

tam

tam ad Chaldaicos interpretes, quam Rabbinorũ intelligenda commentaria, intelligere cupientibus, necessarium, ex libro בַּעַל עָרוּךְ *Bâal Aruch* Chald. Bibliis, atque Hebræorum פֵּרוּשִׁים, seu *Commentariis*, immenso labore congestum, è quo libro se plurimum profecisse, & magnopere adjutum fuisse, non semel inter Christianos, Hebræorum coriphæus, testatur Buxtorfius, & nos cum ipso.

Vel librum, cui titulus עָרוּךְ הַקָּצוּר id est *Aruch*, seu *Dictionarium parvum*, vel *breve*, majoris Aruch compendium, qui liber testante Clariss. Buxtorfio in Bibliothecâ Rabbinicâ pro incipientibus longè utilior est, quàm *Aruch magnum*: Nam author, cujus nomen non est adscriptum, quique videtur fuisse Germanus, sæpè meliores adfert expositiones, quàm in majori inveniuntur, qui liber primùm Constantinopoli, deindè etiam in quarto Cracoviæ anno שנב 352, & Christi 1592, est recusus. Optandum quoque hâc in parte magnoperè, omnibusque votis expetendum fuisset, ut cum Lexica passìm in plurimis vocibus deficiant, ut aliquis in gratiam Rabbinorum scripta, ac commentaria intelligere cupientium, terminos omnes, Theologicos & Philosophicos, sub quibus quoque Logici, Physici, Ethici, Metaphysici, Astronomici, & Mathematici comprehenduntur, in proprios ordines,

classesque redigeret, quò facilius sese in conspectum offerrent, meliusque memoriæ mandarentur, quod cum præstitum hactenus non sit; cum non exiguo literaturæ Rabbinicæ dispendio, labor ille nobis erit etiam subeundus, atque in vestri gratiam omnia illa vocabula Theologica, & Philosophico Rabbinica, ad suas classes erunt reducenda ac digerenda, ut faciliori negotio hoc pacto à vobis inveniri, memoriæque tenaciùs mandari possint.

Tertium obstaculum est, terminorum Grammaticalium in commentariis Rabbinorum passìm occurrentium, ignorantia. Quamobrẽ præstitisset, ut Grammatici recentiores, qui ex דִקְדּוּקִים id est *Institutionibus*, seu *Grammaticis* Judæorum sua præcepta Grammaticalia congesserunt, non tam Latio sermone, quam nativâ Hebræorum linguâ, terminos illos Grammaticales in suis Institutionibus, nobis exhibuissent, quod cum præstitum ab illis nequaquam sit, erunt hi ex Rab. Davidis Kimchi מִכְלוֹל *Michlol* per universæ Grammatices partes, nobis colligendi, vobisque cum interpretatione Latinâ privatim exhibendi.

Quartum est, vocabulorum, non tantum Chaldæorum, Syriacorum, Assyriacorum, Talmudicorum, atque Arabicorum copia: Ubi commendarim vobis עָרוּךְ, sive *Dictionarium Chaldaicum* prædicti Munsteri, uti quoque *Methurgeman*

man Chaldaicum Eliæ Levitæ Ao 1560. in folio editum. Cumprimis *Lexicon* illud insigne *pentaglotton Valentini Schindleri Hebraicum*, *Chaldaicum*, *Syriacum*, *Talmudico-Rabbinicum*, & *Arabicum*, & nuper in Angliâ in epitomen redactum, quod Erpenius in consilio de studio Arabico feliciter instituendo circa finem, ob vocum Arabicorum in eodem contentarum, atque expositarum copiam, merito suo omnibus linguarum Orientalium studiosis, vult esse commendatissimum. Propter verò vocum peregrinarum, exoticarum, utpote Græcarum, Latinarum, Italicarum, Gallicarum, Hispanicarum, Germanicarum, Barbararumque, in libris, commentariisq; Rabbinorum occurrentium copiam, commendo libellum, cui titulus est עיר דויד sive de *Convenientiâ vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis & quibusdam aliis linguis Europæis*, Authore David Cohen de Lara, Amstelodami Ao 1638. in 4. excusum.

Quintum est, abbreviata, & compendiosa scribendi Judæorum ratio, quam Abbreviaturas appellamus: Judæi vero רָאשֵׁי תֵּבוֹת sive *Capita dictionum*, in quibus intelligendis denuò commendo, tractatum de Abbreviaturis Hebraicis, ejusdem Schindleri, operi suo Grammatico consummato, uti vocat insertum. aut Jul. Conradum Ottonem, olim Judæum, & post conver-

 sionem

sionem, Professorem Hebrææ linguæ Altorfii Noribergensem, in *Abbreviationibus* suis. Aut libellum, viri literaturæ Hebrææ expertissimi, clarissimique Georgii Weiganmeje[illegible] quondam linguæ S. in Academiâ Tubingensi Professoris, Lexico Schindleri contracto, & Londini edito, adjunctum. Aut deniquè *Abbreviaturas Joh. Buxtorfii*, qui multorum authorum Abbreviaturas collectas, atque observatas, denuò de novo recensuit, & peculiari libro digessit.

Pro Dialecto Chaldæâ, sive Babylonicâ, quemadmodum & Syrâ, seu Hierosolymitanâ intelligendâ, quæ Rabbinicæ linguæ studioso pernecessaria est, cum sæpiusculè, modò Targum, sive Paraphrasin utramque adducere in suis פֵּרוּשִׁים, sive *Commentariis*, & plerumquè abbreviatè hoc modò וכת״י id est וְכֵן יוֹנָתָן תִּרְגֵּם *Et sic Jonathan interpretatus est.* Vel לְפִי תַרְגּוּמוֹ i. e. *juxta interpretationem ejus*; præterea eandem explicare nonnunquàm soleant, commendarim *Grammaticam Chaldæam, ac Syriam, Erpenii*, operâ ac curâ Constantini L'Empereur Professoris Leydensis editam, in cujus calce differentiam Chaldaismi, & Syriasmi, brevissimis, pulcherrimè præaliis ostendit.

Atque hactenùs de mediis, ac subsidiis, quibus linguæ Rabbinicæ cognito acquiri & comparari

queat,

queat, supereſt adhuc; ut etiam aliquid de modo ſtudendi, ſive utendi hiſce adminiculis, & ſubſidiis dicamus, ne quis in vanum, ſine fructu laboret.

1. Poſtquam aliquis hiſce adminiculis, ad linguæ Rabbinicæ cognitionem acquirendam neceſſariis, inſtructus eſt, debet (quod etiam Buxtorfius, aliique viri docti ſuaſerunt) lento gradu in Rabbinicis progredi, abſolvendo indiès tantùm expoſitionem unius verſus; vel ſin nimis longa, & operoſa ſit, ejuſdem duntaxàt dimidium, ne operoſo nimium labore, ac tædioſo juxta, nauſea in hoc ſtudii genere creetur; vel etiam nimiâ circa hocce ſtudium curâ, Theologicum ſtudium impetiatur.

A' facilioribus Rabbinorum ſcriptis, ſeu commentariis, erit incipiendum, qui *Mikra*, *Maſchma* & *Peſchout*, hoc eſt literali ſenſui quam maximè adhærent, atque ab iſtis, qui communi Hebraiſmo utuntur, rariuſque extra Biblia, Rabbiniſmum adhibere ſolent, veluti primò à puriori illo, præſtantiorique Rab. Davide Kimchio; deindè poſtquam aliquamdiu in Kimchii commentariis te exercueris, ad Rab. Aben-Eſram erit progrediendum, & ab eo ulterius ad præſtantiſſimum interpretem, & Talmudiſtam Rab. Salomonem Jarchium i. e. Lunenſem, qui ſæpe numerò ad Talmudica, in ſuis explicationibus, ſolet excurre-

re, & Talmud interpretari; immò interdùm dialectum suis interpretationibus Talmudicam, immiscere. Atque sic deincèps suo tempore iterum ad altiora, veluti ad Talmudica, ad *Midrasch*, hoc est *allegoricum, seu mysticum*, commentandi genus vagum: ad *Sechel* sive *Tropologicum*: ad *Cabbalam*, sive *Anagogicum*, maximéque abstrusum, quam animam legis, & medullam esse, Judæi dicunt: & ad *Maschal* sive *Parabolicum*, seu figuratum commentandi genus.

Deniquè ad Philosophos, Cabbalistas obscuros, aliosque, qui à literali sensu quàm maximè discesserunt, improprioque scribendi genere delectati sunt, erit procedendum.

Ante omnia in principio, commendo librum illum, cujus titulus est מכלל יופי *Michlol Iophi:* hoc est *Perfectio pulchritudinis*, titulo è Psalmo 50. v. 2. desumpto, qui continet commentarium Grammaticum super universa Biblia, excusus primùm Constantinopoli Anno 314. id est Cristi 1554, cujus collector fuit ר' שלמה ן' מלך *Rabbi Selomo ben-Melech*, qui nupèr recusus Amstelodami curâ Rab. Abendana, cum testimonio Theologorum duorum, & linguarum Professorum, prodiit. Et magis adhuc commentaria trium doctissimorum Rabbinorum, Rabbi Schelomo Jarchi, Rabbi Abrahami Aben-Esræ, & Rabbi Davidis Kimchi, cum Targum Jonathanis in

quin-

quinque Prophetas minores apud Robert Stephanum in 4 impressa. Vel Hoseam cum Targum, & eorundem Rabbinorum commentario, quem Coddæus cum versione Merceri, in gratiam Rabbinorum scripta intelligere cupientium, Leydæ Ac 1621. in 4, edidit.

3. Minimè prætermittendum est, diem aliquem, sive tempus præterlabi, sine aliquo in Rabbinicis, sine punctis exercitio, inane: cùm exercitium crebre, assiduumque, in hoc studii genere, plurimùm prosit: nam *solus & artifices, qui facit, usus erat*: exemplo Scaligeri, qui quamvis magnum sylvam verborum sibi lectione quotidiana comparaverat, nihil tamen, aut parùm se præstitisse sentiebat. *Adhuc tyro sum* (inquit) undè etiam videmus passìm Judæos, nullis certis præceptis, & canonibus, sed soli, nudoque exercitio innixos quam maxumè eo valere, ac proficere: sicut Scaliger scribit de Philippo Ferdinando, ex Judæo Christiano quin etiam, quod ipse audiverim, viderimque aliquotiès, Judæos ipsos, hujus linguæ peritos, absque continuo linguæ Rabbinicæ, & Talmudicæ exércitio, vel absentiâ à Rabbinis suis, solito diuturniore, sensìm desuescere, hujusque oblivisci linguæ, apertè, ingenuéque mihi confessos: contrà vero Rabbinorum suorum præsentia, conversatione, alloquiis, & colloquiis, cognitionem ejus accrescere, sibique augeri.

Quod

Quod idem certè multò magis apud Christianos, quibus hæc lingua familiaris, nativaque minimè est, quemadmodum Judæis, obtinebit.

4. Præcepta quoque Grammaticalia Hebraica, non sunt negligenda, sed indiès recolenda, percurrenda, obiterque lustranda, uti neque usus, & punctatio literarum servilium מושה וכלב, cum insignem in Rabbinicis usum, habeant, negligenda neutiquam est: Nam eædem prorsus rationes mutationis punctorũ, hîc obtinent, quas insignis illé Grammaticus Elias in libro ספר הבחור *Sepher habbachur* id est *libro electo* orat. 3. cap. 2. quatuor adfert, nempè 1. ob *Motionem* è masculino in fœmininum. 2. ob *Flexionem* è singulari in plurale. 3. ob *Regimen*. 4. ob *Affixa*, quibus nos addimus, non quintò, ob *Accentus*, uti Buxtorfius, vulgaresque Grammatici, cum in Rabbinicis accentuum ratio, vix consideretur, sed ob *Syntaxin*, sive *constructionem*, ob quam sæpissimè vocales variari, mutarique solent. Et quò quis plus in Grammaticorum præceptis profecerit, eò plus hîc valebit. Præterea, uti jam dicere cæpimus, Grammatices Caldææ, ejusque Dialecti cognitio, nequaquàm omittenda est, ad cujus commendationem, veteres Judæos dixisse, accepimus in libro בראשית רבה *Bereschith Rabbah* sect. 74. אל יהא לשון סורס׃ הוה קל בעיניך שבתורה בנביאים בכתובים מצינו שהקב״ה הולך.

חולק לו כבוד בתורה וכו" hoc est. *Ne sit lingua Syriaca* (vel *Chaldaica*) *vilis in oculis tuis, quia in Lege, in Prophetis; in Hagiographis invenimus, quod Deus Sanctus, & benedictus impertiatur ei honorem* &c. veluti Genes. 3. v. 47. in Prophetis Jerem. 10. v. 11. in Hagiographis Dan. cap. 2. à versu 4. ad caput 8. usque, & Esræ cap. 4. à versu 8. ad versum 26. capitis 7.

5. Aliquamdiu ope & viva voce, præceptoris periti ac didactici, utendum erit, uti exemplis, ipsaque praxi, veritatem præceptorum, demonstret [a]: Nam uti habet vulgatum veriverbium *Longa via per præcepta, brevis per exempla.* Imprimis autem in deligendo sibi vivo præceptore, author essem, ut fugerent in addiscenda lingua Rabbinica Judæorum consortium, cum gens sit subdola & perfida, magisque exercitiis, quam præceptis assueta, & quod caput rei, & summa est, sæpius multa reticeant, & abscondant, imponantque Christianis, uti accidit Hieronymo, inter antiquos in linguis Orientalibus, præ reliquis versato, fidem faciente hujus rei, Drusio *libro 2. de tribus Sectis Judæor. cap.*9. quem Capellus, & Morinus *Exercitat. Bibl. de Sinceritate Hebr. & Græci textus libr.* 1. *exercit.* 3. *cap.* 2. quatuor præceptores, grandi ære, diverso tempore sibi comparasse, authores sunt, quorum primus fuit è Judæo factus

[a] Quod illustris Scaliger suo testatur exemplo Epistola 293.

factus Christianus: Secundus Barabbas, cujus meminit epistola ad *Pammach. & Ocean. tom.* 3. *oper.* quo tanquam altero Nicodemo usus est, ob metum Judæorum: Tertius Tyberiensis *Barchanina.* cujus meminit *tom.* 4, qui ipsis Judæis admirationi fuit. Quartus fuit Lyddæus, adjutor Hieronymi licet, infelicior in exponendo Jobo, de quo idem *tom.* 4. Præter quos alios adhuc audivit, præsertim Judæum, peritum Chaldææ linguæ, in exponendo Tobia, cujus similiter ibidem *tom.* 4. idem meminit.

Deinde etiam legibus Judaicis, & Talmudicis cautum est, ne quis Judæus, Christianum linguam S. docere, præsumat, nisi fortè incidat in Judæos Christianos, conversos, quales fuerunt *Isaacus Levita Professor Coloniensis publicus*: *Iulius Conradus Otto, Professor linguæ S. Altorfii Moricorum publicus*: *Antonius Margarita*: *Paulus VVeidnerus*: *Christianus Gerson*: *Philippus Aquinas Professor Parisiensis, Philippus Ferdinandus, qui Scaligerum, Talmudicam docuit lectionem &c.* quorum monumenta literaria, scriptaque, contra gentem perficam Judaicam, extant.

Prædictis adminiculis instructus, hâc viâ, ac methodo, si progrediatur, justoque insuper tempore, quale est semestre spatium, si sese hâc in linguâ exerceat, præsuppositâ interim Grammaticorum præceptorum, in Hebraicis cognitione, sique debita diligentia adfuerit, non dubitabimus talem, si hisce nostris studiorum præceptis initiatus fuerit, Deo O. M. votis nostris aspirante, eo usque perducere, uti exiguo illo temporis spatio Rabbinorum Commentarios ritè legere, proprioque marte intelligere possit. Scriptum *Lugduni Batavorum in Musæo meo 27. Augusti Ac 1668. in gratiam Collegii privati Rabbinici.*

FINIS.